





Kern 86  
(1-54; a-g)



10

# INDEX LECTIONVM

PER

INSTANS SEMESTRE HYEMALE

IN

ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA

HABENDARVM

PRO-RECTORE

IO. GOTTL. HEINECCIO ICTO

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PORVSSORVM

REGI A CONSILIIS INTIMIS, AC IVRISPRVDENTIAE

ET PHILOSOPHIAE PROFESSORE

---

P. P. A. 1734

a. d. xxvi. Septembris.

---

LITTERIS KITLERIANIS.

Kem. 86 (c)



## LECTIONES THEOLOGICAE.

**D**IO. HENR. MICHAELIS publice hora IX. ante meridiem in enarratione vaticiniorum *Iezekielis* priorem libri partem, ad Iudeos directam, absoluit; & deinceps prophetias aduersus gentes, item promissiones N. T. ad finem vsque libri explicabit.

● *Privatim* hora XI. introductionem dabit ad libros Ecclesiae nostrae *symbolicos*; & praeter ceteris *Augustanam Confessionem* ejusque *Apologiam* e sacris litteris & historicis illius temporis monumentis curatius enarrabit.

D. IOACHIMVS Sange publice in Theticis hora X. perget, ita ut, quae quatuor horis tractata sunt, quinta instituto examine repetantur: privatim vero hora III. epistolas Pauli ad Ephesios & Philippenfes iuxta *exegefi* tractabit, sic praxin cum theoria, ad ductum Hermeneuticae suae sacrae simul instillanda conjuncturus.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS Pauli *epistolam ad Romanos* interpretabitur. In parentheticis praelectionibus tractationem *Epp. Pauli pastoratum* continuabit. In *homileticis* etiam exercitiis perget, & aeteticis horis c. VII. & VIII. *Ep. ad Romanos* methodo practica exponet, & ad usum vitae Christianae applicabit.

CHRIST. BENED. MICHAELIS publice hora IIX. matutina Hermeneuticam sacram ad Langiani Compendij ductum explicabit: *privatim* vero lectiones harmonicas in IV. Evangelistas hora IX. profectetur; horaque IV. Proverbia Salomonis & librum Iobi ex Hebraeo interpretabitur Codice, SIGISM. IAC. Baumgarten publice historiam passionum mortis & resurrectionis Christi ex IIII. Euangeliis interpretabitur h. IIII - V. privatim h. VII - VIII. lectiones dogmaticas in vener. Freylinghaufii fundam. Theol. incoabit & hor. XI - XII. Euangelium Ioannis hermeneutico exegeticis praelectionibus illustrabit. Lectiones praeterea aeteticas die solis hor. III - V. in libros Sam. & die veneris h. VI - VII. in Psalmos Davidis continuabit, singulis etiam hebdomadibus disputabit, Initium harum lectionum sub finem Octobr. ex tabula publ. indicabit.

## LECTIONES IVRIDICAE.

IOAN. PETR. de LVDEVVIG hora X. publice explicabit, nostris musis amicissimi collegae, HEINECCIJ IVRIS ROMANI *elementa & antiquitates*, additis *Germanicis iuris* differentis. Quae forensem *praxin*, adeo variam & multiplicem, ponent in tuto desinentque in plerisque argumentis. His fundamentis, qui non imbutus ante fuerit, ille in *panactis*, iuris oceano, uel naufragium patietur uel sero & raro attinget portum. Hora. XI. IVS FEVDALIS docebit non solum *Lorgbardicum illud commune*; sed *patre proprio*. Cum in *provincialibus* fundis, tum in *imperialibus* principatibus & dynastiis: *clivibus & sacris*. Nam & *sacerdotum* Germanico imperio est *clientela*. Imo melior *Germania* omnis iure appellatur FEVDALIS.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER IC. *lectiones publicas* quibus haecenus hora III. pomerio per semestre aetivum insudavit, propediem ad finem perducet, quibus finitis, ad B. GRIEBERI *principia processus iudicarij* sese accinget priuatis curis *per inter aliteram Digestorum a Lib. XX.* horis consuets, & praeterea *elementa iuris Canonici*, interprete D. IO. GEORGIO PERTSCHIO hora IX. interpretabitur. Nec iis deerit, qui ad HORNII *iur publicum* hora XI. & manu ductionum ad *relationem actorum*, & huic connexas materias desiderabunt.

IO. GOTTLIEB HEINECCIUS IC. quamvis ob prorektoratum variis distractis occupationibus, hoc semestri tamen hiberno praeter *Institutiones & pandectas, ius publicum* ad ductum celeberrimi MASCOVII interpretabitur, nec iis defuturus, qui ad *iuris Germanicis* accuratorem, notitiam adspirant. De horis singulis, quas his acroasibus destinavit, auditores in tempore ex valuis publicis monebit.

SIMON PETR. GASSER ICT. publice hora XI. Introductionem suam *oeconomico cameralem* praeeget, *privatim* hora X. & II. pom. *Pandectas Ludouicianas*, nec non hora III. *posiiones* suas *Practicas*, ubi simul *elaborationes* singulorum pro more leguntur & censentur.

IACOBVS GABRIEL Wolff, 1) *publicis* praelectionibus LVDOVICI *doctrinam pandectarum*, hora VIII. matutina optima fide interpretabitur; *privatis* autem 2) hora IX. FLEVRII *institutiones iuris ecclesiastici*, cum animadversionibus Ill. Dn. Böhmeri; 3) hora X. D. IVSTINIANI *institutiones*, siue etiam *suam ipsius iuris prudentiam naturalem ac gentium*; prout visum fuerit amicis; 4) hora XI. MASCOVII *principia iuris publici*; denique 5) hora III. a meridie STRUVII *iuris prudentiam feudalem*. Finis nundinis Lipsiensibus, initium V. D. facturus.

D. CAROLVS GOTTL. KNORR praeeget *Institutiones* IVSTINIANI Hor. XI. B. LVDOVICI *Pandectas* Hor. X. et II. *Ius Feudale* STRYCKIO duce Hor. III. Accedet *Collegium Practicum elaboratorium* Hor. VIII. ad ductum der *gründlichen Anleitung zum Proceß*, illudque cum doctrina de *relationibus actorum*, methodo consueta, coniunget. Initium fiet finis nundinis Lipsiensibus.



IO. GERARDVS SCHLITTE semestri hoc hyberno in 1) *Institutiones Iustinianæ*, 2) *Struuii Iuris prudentis. R. G. forensis*, ac 3) Ludouici *Doctrinam Pandectarum* luculenter commentabitur, nec illis, qui Collegium *examinatorium* ad Struuium expetiuerit, si per tempus licuerit, defuturus, De horis hinc Collegiis impendendis e valuis *publicis* Dnn. Auditores admonebit, ac *Initium* B. c. D. faciet finitis nundinis Liphensibus d. 19. *Octobr.*

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER in lectionibus *publicis* ad *Iurisprudentiam Struuianam* adhuc occupatur circa doctrinam de processu. Priuatim vero per instans semestrem auspiciabitur prælectiones hora VIII. ad sua *Elementa Iurisprudentiæ criminalis*, hora IX. ad ius *naturæ & gentium* duce *Pufendorffio de officio hominis ac ciuis*, Hora X. & II. Dn. *Parentis pandectas*, Hora XI. ad ipsum *textum Institutionum* Iustiniani, Hora III. ad ius *feudale* secundum compendium *Struuii*. Addet quoque cum numero selecto collegium *examinatorium* ad *pandectas*, quod qui frequentare ambiunt, ut nomina sua inter privatos parietes, ante terminum tamen inchoandis lectionibus præfinitum, proficantur, necesse erit. Initium enim prælectiones capient finitis nundinis Liphensibus d. 18. *Oct.*

MARTINVS SCHMEIZEL *Iur. Publ. Prof. Ord. publicas* lectiones infra indicabit. *Privatim* hora IX. in *Seckendorffii* aureum librum, quem *Fürsten-Staat* inscripsit & in quo, generalia principia iuris publici Principum particularis egregie proposuit, commentabitur; hora XI. *Novitiam S. Rom. Imperii eiusque Ius Publicum*, ad normam *Delincationis* nostræ typis publicis exciptræ, accurate interpretabitur; initium ex tabula publica cognoscent, qui mea uti opera gestiunt.

## LECTIONES MEDICÆ.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, quam primum redux ab itinere factus fuerit, de suis prælectionibus ex publica tabula certiores faciet philiatos.

MICHAEL ALBERTI functioni suæ *publico* discursu satisfaciens *Gravidarum* Affectus porro, sicut hætenus absque intervallo præstitit, Pathologico Practicæ explicabit: *Privato* studio Collegia Practicum, Physiologicum, Pathologicum, & Chymicum b. c. D. continuabit: exordietur præterea Semilogicum, quam primum proxime Practicum Collegium ad finem pergerit.

I. IVNCKER Finita generali therapia publice formularum præscriptionem docebit. Priuatim therapiam specialem incipiet. Priuatissime ad praxin clinicam ducet proæueles.

IO. HENR. SCHVLZE publice interpretabitur librum II. Cornelii Celsi. Priuatim commentabitur in dispensatorium Regium & Electorale Porusso-Erandenburgicum, & pathologiam ad finem perducet. Alias lectiones desiderantibus æquis conditionibus satisfaciet.

## LECTIONES PHILOSOPHICÆ.

IOAN. PET. de LVDEWIG hora III. *historiam* docebit *sacram & civilem* S. R. I. (*Die Reichs-Historie, im Fürsten- und Kirchen-Staat*). Et cum illius *animaduersiones* ad *Struuianam introductionem* sub prelo sudent & tempus, quod olim *calamo* datum, nunc impendi queat *doctrinis*, ore proferendis; iter omne confici poterit, spatio *semestris unius*. Hoc lumine qui non perferiderit animum sum; ille in *patria Iurisprudentia* & erro manebit & miscellio.

D. IO. HENR. MICHAELIS publice in lectionibus exegeticis philologiae usum abunde demonstrabit. *Priuatim* lectionem curfortiam N. T. Græci hora II. a meridie inchoabit; *priuatissime* autem in *Rabbinicis, Syriacis* vel *Æthiopicis* cupidus instituet, si per valetudinis imbecillitatem licuerit.

CHRIST. BENED. MICHAELIS publice hora III. post meridiem libros Regum ex Hebræis fontibus enarrabit: *privatim* vero lectiones Chaldæo-Rabbinicas in Hoseam illustrarum Cl. Hardeti continuabit.

MICHAEL ALBERTI, *Lectione publica* præterito Semestri *Theoriam Solis* continuo nec interrupto discursu tradidit: proximo semestri annuente Deo phœnomena, effectus & metœora à Sole, Igne, Calore & Luce provenientia indicabit & explanabit, nec non ad Selenographiam s. Lunæ explicationem accessum instituet. *Privata* opera aperiet Collegium Logico-disputatorium: diebus Mercurii & Saturni ab VIII. ad IX.

IOANNES IOACHIMVS Lange, Math. P. P. O. publice *Geometriam & Trigonometriam* hora IX. diebus Iovis, Veneris & Saturni: *privatim* eadem hora *Introductionem* in Mathesin universalẽ & Arithmeticum diebus Lunæ, Martis & Mercurii docebit. Reliquas ad Mathesin applicatam pertinentes disciplinas hora I. absoluet. Algebra hora V. explicabit. *Physicam* dogmatico-experimentalem hora I. tractabit.

MARTINVS SCHMEIZEL *Histor. Prof. Ordin.* Absoluto studio, quod strenue nunc decurramus in *publicis* Doctrinis, *Prudentiæ Academicæ* regulas propinantibus, statim *Historiam Eruditionis univærsæ* auspiciabor, ad Ductum libri mei *Historie der Gelehrtheit* inscripti. *Privata* opera nos detineat



derinebunt sequentes: hora VIII. *Historia Universalis* repetitio; II. *Historiam Europæam seculi nunc currentis XVIII.*, ita prælegam, ut potiora momenta, calamo excipere queant Dn. Auditores, adiectis ubique scriptoribus ad rem facientibus; III. rursus repetam *Historiam Germaniæ*; IV. ad normam *Præcognitorum suorum* interpretabitur *Historiam Ecclesiasticam*; V. Selectiorum ingeniorum imbuiam *Notitia Statuum Europæ*, secundum positiones Introductionis mee; hora I. diebus Mercurii & Sabbathi continuoabo *Discursus ad Historiam recentissimam*; Iribus itidem horis, *Heraldicæ* propinabo amoenitates. Auspiciis in singulis, peculiaris scheda intinabit.

IO. HENR. SCHVLZE publice hora a meridie III. præleget potiora antiquitatum Græcarum & Romanarum capita, quorum cognitio ad sacri codicis intellectum planiorem viam sternit. Priuato studio iuuabit illos, qui Romani sermonis profectorem scribendo & differendo usum comparare desiderant, paucis quidem præceptis perspicue expositis, crebro autem exercitio applicandis & confirmandis. Priuatissimas institutiones desiderantibus facilem se præbebit.

DANIEL STRAHLER Ph. P. P. O. & Math. Extr. Hora II. pom. *Philosophiam practicam universalem* PVBLICE exponet: PRIVATIM vero Hora III. *Ius naturæ* tradet; & Hora IV. *Logicam* explicabit; Hora denique V. *Physicam dogmaticam* demonstrabit. Initium erit finitis nundinis Lipsiensibus.

D. FRID. WIDEBVRG publice *historiam Philosophiæ moraliæ* enarrabit. Priuatim ab VIII - IX. consueta methodo, ac fide optimorum scriptorum & diplomatum, interpretabitur *Historiam S. R. Imperii*, ductu compendii III. a LVDEWIG, atque id præcipue docendo conseq̃ui conabitur, ut uera ubique eluceant Iuris publici fundamenta: a IX - X. collegium aperiet *Philologiæ elegantioris* ac styli Romani elaboratorium, in III. HEINECCII fundamenta filii: ab XI - XII. *Philosophiam ciuilem siue Politicam* tradet pragmaticæ & cura singulari; duce BVDEEO. Denique postmeridianas instruet lectiones in uniuersum Philosophiæ practicæ systema. Ceterum nec illorum desiderijs deerit, qui uel *pruatißimas stili institutiones*, uel collegium *examinatorum in institutionibus Iustinianæas*, uel *relitterariæ* uberiorem tractationem, exposcent. Initium lectionum erit post finitas nundinas Lipsiensis d. 18. Octobr.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS P. P. O. publice hora IV - V. *Cursum Philosophicum*, superiore semestri coeptum, sedulo continuabit; *pruatiuim* uero hora IX - X. *Ius Naturæ* ad ductum III. PVFENDORFII; hora X - XI. *Logicam* duce III. nostro HEINECCIO; hora II - III. *Metaphysicam* interpretabitur ad ductum thesaurum suarum: *Anfangs-Gründe der Philosophischen Wissenschaften überhaupt*; tandem præeunte itidem III. HEINECCIO *Ethicam* tradet hora III - IV. Initium harum prælectionum omnium erit post finitas nundinas Lipsiensis.

## LECTIONES EXTRAORDINARIÆ.

IOH. EHRENF. ZSCHÄCKWITZ Prof. Iur. & Hist. Publicus Hor. VIII. mat. Curas *Historico-Geographico-Politicæ* in quolibet Respublicas orbis tradet. Hor. IX. in *Moscoviæ Ius Publicum* meditabitur, & ea quidem methodo, ut ipsa praxis huius Iuris ubique exhibeatur. Hor. XI. Ex *Struviano* Compendio *Historiam Imperialem* methodo sibi consueta præleget. Hor. II. pom. Ex *Struvio Iurisprudentiam feudalem* publice tradet, ea quidem fide ac dexteritate ac si priuatum esset collegium. Hor. IV. ex *Fusendorfsano* Compendio *Historiam Universalem* totius mundi, secundum eius Epochas docebit, cuius compendii dignitas ex eo iudicanda, quod omnes ferre Europæ gentes id in linguas suas transulerint. Hor. V. ex *Gundlingii Staaten, Notitiam Rerum publicarum* demonstrabit. Hor. I. diebus *Mercurii & Saturni* explicationes *Relationum hebdomadialium* continuabit, addet simul *novæ orbis literariæ*. Initium fiet die 18. instantis Mensis Octobris.

D. IO. TOBIAS CARRACH Iur. P. P. præleget 1) publice *Ius Feudale* ad Examen Strykii. 2) *pruatiuim Institutiones Iustinianæas* juxta principia naturalia & civilia tam Romana quam Germanica explicandas. 3) *Pandectarum Böhmerianarum alteram partem* pari methodo exponet. 4) *Ius Canonicum* ad Corvinum explicabit, monstratis differentiis juris ecclesiastici protestantium a pontificio ex historia ecclesiastica illustrandis. 5) addet quoque *collegium processuale elaboratorum* ad proprias theses. Horas & initium ex tabulis publicis designabit.

D. HENR. BASS priuatim auspiciaturus d. 18. Oct. *Collegium Anatomico-pathologicum* hor. II. deinde pertractabit *Obstericandi Artem* ad ductum Hornii hor. III. publice præleget *Collegium de Consensu partium* C. H. anatomico-pathologico d. 2. & 3. hor. X. *Collegium Practicum* horis consuetis sedulo continuare perget.

IOH. FRIED. CASSEBOHM Prof. Anatom. horas antemeridianas præparationi, hor. uero 3. pomerid. demonstrationi priuatæ anatomicæ, & hor. 4. pomerid. collegio priuatissimo destinavit.

IO. HEN. CALLENBERG alteram noui testamenti græci partem pertractabit: publice, *acta* apostolorum; priuatim uero *epistolæ* apostolicas, cum apocalypsi. Illis horam III - IV. dierum martis & ueneris, his horam II - IX. matutinam destinavit.


103 ) 0 C 2-6-

PICA

PICA









10

# INDEX LECTIONVM

PER

INSTANS SEMESTRE HYEMALE

IN

ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA

HABENDARVM

PRO-RECTORE

IO. GOTTL. HEINECCIO ICTO

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PORVSSORVM

REGI A CONSILIIS INTIMIS, AC IVRISPRVDENTIÆ

ET PHILOSOPHIÆ PROFESSORE

P. P. A. e. I. V.

a. d. xxvi. S.

LITTERIS K

